

corpus admissum, hostili furore grassatur: vel certè posterius, relictis post se funestis naturæ suæ reliquijs. At facili coniectura posterius absurdum esse, is demum intelliget, qui mente animoq; comprehendet, tam exacto pellendi, purgandiq; conatu, quo viget Stibium, eius quantumuis minimas portiones, interranea eluctari. Et licet daremus, internè remansisse nonnihil: id tamē fortioribus naturæ viribus tam parum restiterit, ut extra concepta corporis, nulla interposita mora, leui brachio amandetur. Sin priùs quis vrgeat, sumpto eo remedio tantum detrahi vitali calori, ut citiùs ad positum vitæ scopū collineet: ad instar illius, quod vel præmij loco, cuius gulæ seu veneris illecebris mancipato, propositū videtur, ut vltra quoq; extensum annorum numerum in angustum redigat, & tanquam *ωρόχειρ*, matruìs fatali decreto, è fabula huius mundi decedat. Si quis id vrsurpaverit, inquā, non repugnabo, si modò actionum corporarum aliquo defectu ceu digito monstraret, facultati seu natuuo calori impressam noxā: quæ in ijs se profert, qui nefan-